

## Chapter 1

<sup>1:1</sup> Paulus vinctus Iesu Christi et Timotheus frater  
Philemoni dilecto et adiutori nostro

<sup>1:2</sup> et Appiae sorori et Archippo commilitoni nostro  
et ecclesiae quae in domo tua est

<sup>1:3</sup> gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et  
Domino Iesu Christo

<sup>1:4</sup> gratias ago Deo meo semper memoriam tui  
faciens in orationibus meis

<sup>1:5</sup> audiens caritatem tuam et fidem quam habes in  
Domino Iesu et in omnes sanctos

<sup>1:6</sup> ut communicatio fidei tuae evidens fiat in  
agnitione omnis boni in nobis in Christo Iesu

<sup>1:7</sup> gaudium enim magnum habui et consolationem  
in caritate tua quia viscera sanctorum  
requieverunt per te frater

<sup>1:8</sup> propter quod multam fiduciam habentes in  
Christo Iesu imperandi tibi quod ad rem pertinet

<sup>1:1</sup> Paul, a prisoner of Christ Jesus, and Timothy,  
a brother: to Philemon, our beloved and fellow  
labourer,

<sup>1:2</sup> And to Appia, our dearest sister, and to Archip-  
pus, our fellow soldier, and to the church which  
is in thy house.

<sup>1:3</sup> Grace to you and peace, from God our Father  
and from the Lord Jesus Christ.

<sup>1:4</sup> I give thanks to my God, always making a re-  
membrance of thee in my prayers.

<sup>1:5</sup> Hearing of thy charity and faith, which thou hast  
in the Lord Jesus and towards all the saints:

<sup>1:6</sup> That the communication of thy faith may be  
made evident in the acknowledgment of every  
good work that is in you in Christ Jesus.

<sup>1:7</sup> For I have had great joy and consolation in thy  
charity, because the bowels of the saints have  
been refreshed by thee, brother.

<sup>1:8</sup> Wherefore, though I have much confidence in  
Christ Jesus to command thee that which is to  
the purpose:

## Ad Philemonem 1

<sup>1:9</sup> propter caritatem magis obsecro cum sis talis ut  
Paulus senex nunc autem et vinctus Iesu Christi

<sup>1:10</sup> obsecro te de meo filio quem genui in vinculis  
Onesimo

<sup>1:11</sup> qui tibi aliquando inutilis fuit nunc autem et tibi  
et mihi utilis

<sup>1:12</sup> quem remisi tu autem illum id est mea viscera  
suscipe

<sup>1:13</sup> quem ego volueram mecum detinere ut pro te  
mihi ministraret in vinculis evangelii

<sup>1:14</sup> sine consilio autem tuo nihil volui facere uti  
ne velut ex necessitate bonum tuum esset sed  
voluntarium

<sup>1:15</sup> forsitan enim ideo discessit ad horam a te ut  
aeternum illum recipere

<sup>1:16</sup> iam non ut servum sed plus servo carissimum  
fratrem maxime mihi quanto autem magis tibi et  
in carne et in Domino

<sup>1:17</sup> si ergo habes me socium suscipe illum sicut me

## Philemon 1

<sup>1:9</sup> For charity sake I rather beseech, whereas thou  
art such a one, as Paul, an old man and now a  
prisoner also of Jesus Christ.

<sup>1:10</sup> I beseech thee for my son, whom I have begotten  
in my bands, Onesimus,

<sup>1:11</sup> Who hath been heretofore unprofitable to thee  
but now is profitable both to me and thee:

<sup>1:12</sup> Whom I have sent back to thee. And do thou  
receive him as my own bowels.

<sup>1:13</sup> Whom I would have retained with me, that in  
thy stead he might have ministered to me in the  
bands of the gospel.

<sup>1:14</sup> But without thy counsel I would do nothing:  
that thy good deed might not be as it were of  
necessity, but voluntary.

<sup>1:15</sup> For perhaps he therefore departed for a season  
from thee that thou mightest receive him again  
for ever:

<sup>1:16</sup> Not now as a servant, but instead of a servant,  
a most dear brother, especially to me. But how  
much more to thee, both in the flesh and in the  
Lord?

<sup>1:17</sup> If therefore thou count me a partner, receive him  
as myself.

## Ad Philemonem 1

1:18 si autem aliquid nocuit tibi aut debet hoc mihi  
inputa

1:19 ego Paulus scripsi mea manu ego reddam ut non  
dicam tibi quod et te ipsum mihi debes

1:20 ita frater ego te fruar in Domino refice viscera  
mea in Domino

1:21 confidens oboedientia tua scripsi tibi sciens  
quoniam et super id quod dico facies

1:22 simul autem et para mihi hospitium nam spero  
per orationes vestras donari me vobis

1:23 salutem te Epaphras concaptivus meus in Christo  
Iesu

1:24 Marcus Aristarchus Demas Lucas adiutores mei

## Philemon 1

1:18 And if he hath wronged thee in any thing or is in  
thy debt, put that to my account.

1:19 I Paul have written it with my own hand: I will  
repay it: not to say to thee that thou owest me  
thy own self also.

1:20 Yea, brother. May I enjoy thee in the Lord! Re-  
fresh my bowels in the Lord.

1:21 Trusting in thy obedience, I have written to thee:  
knowing that thou wilt also do more than I say.

1:22 But withal prepare me also a lodging. For I hope  
that through your prayers I shall be given unto  
you.

1:23 There salute thee Epaphras, my fellow prisoner  
in Christ Jesus:

1:24 Mark, Aristarchus, Demas and Luke, my fellow  
labourers.